Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Novembris

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

Nouember.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus etc.

1700 Mag.ce f. n. d. Quoniam ab Egregio fideli nobis dilecto Georgio Thurij Praefecto Arcis Pallachae humiliter requisiti sumus, ut ipsius nuptias die 7.o huius mensis Nouembris, in oppido Papa solenniter celebrandas ornare et cohonestare dignaremur, Eius aut petitioni Nos tam honestae et laudabili instituto minime deesse cupiamus: equidem te nos potissimum delegimus et destinauimus, qui nuptialem eiusmodi actum p̄sens nro noie condecorares. Proinde clementer abs te requirimus, ut eiusmodi officio, prosolita tua in nos obseruantia libenter suscepto, eo quidem loci p̄finita die te conferas ac nupsijs non adsis solum agendis, nram in ijs persona referens, uerum et omnibq insuper q ad honestas eiusmodi actus pertinent, Munere quoq quod a Nobis accipies Sponsae Virgini nra ex parte clementer oblato, ad speratum finem deducendis opem debitam feras: In eo et ex nra omnino Voluntate feceris, nostrā quoq in te benignitatem ad auctiorē pedes promeriturus. Datum Posonij 2 Nouembr Anno 63.

Nos Maximilianus 2c. Salutem 2c.

1710 Quoniam p̄sentiū exhibitor Casparus Missirono Mediolanus, Vna cum seruitore suo, ad Voluntatem et iussum nrum Regium, cum aliquibus mercibus Posonium peruenerit, Ex quo reditum, in patriam suam, instituit. Nos Clementer à Vobis petimus, ne in p̄fato reditu tam suo quàm seruitoris sui à quopiam Vestrum impediatur, sed et libere et tuto transeat, sine Cuiusq̄ impedimento et grauamine. Studij ergo nos Vestri in eo officium clementer agnoscituri.

Datæ Posonij 4 Nouembr. Anno 2c. 63°.

~~Paßbrief für Casparo Missirono.~~

Frei patentes p Casparo Missirono

1720 Nos Maximilianus 2c. Salutem 2c.

Quoniam uero Illustres Principes filij nri dilecti, Austriæ Archiduces, Rodolphus et Ernestus iter hinc suum rectà Italiam instituissent inde Hispanias profecturi, itaq̄ tam sua, quam aulicorū suorū bona et sarcinas per harum lateres illuc p̄mittant, Nos Clementer à Vobis petimus easdem sarcinas, non solum per Vras quarumq̄ Vobis demandata est administratio, prouincias et ditiones liberè q̄ perferri ~~de~~ et deuehi permitti uerum et eorundem Principum Dilectionū hominibus iusto delato p̄cio requirentibus subsidiū et operā tam iumentis et curribus, quàm alia, quacunq̄ demum occasio siue necessitas exegerit rōe ubiq̄ paratam ferri et impertiri, quo ipsi et cōmodius et citius cum dictis sar-

q̄ neq̄ ubi impeditas q̄

cinis progrediantur, Id quod Nos quidem liben-
ter et obsequiose prestituros Vos esse Nihil dubitamus:
obedientiae et studij in Nos uestri officium in hoc Cle-
menter agnoscituri. Datum Posonij 8 Nouemb.
Anno 63°

Paßerieff auff der Jung Ertzhertzog Güeter, nach Hispanien zeführen.

Maximilianus

Literae patentes pro Austriae Archiducum bono Aulicorum bona, in Hispanias deducenda

Maximilianus

XLV.

17

Quod de Rmi in Chro Patris Dni Caroli Lotharingi Car-
dinalis, principis et amici nri charissi parato in Tridentum
reditu ex lris Rmi Pater. Vrae accepimus, id nobis quoque
uel eo noie gratum cumprimis accidit, qd adeousque insignis
authoritatis et pietatis Viri pntiam ad desideratum iampridem
Concilij finem felicius deducendum tanto plus momenti
allaturam existimemus, quo paratiorem eius in cois Chri-
stianae Reip. commodis satagendis animum antea quidem
persaepe, sed nunc copiosius eo ex ijsdem lris cognouimus.
Gaudemus autem uehementer Rmae eius Patris Consilia
et pios plane conatus hac in parte nris adeousque consonos
et unanimes esse deprehensos. Nos certe ex Smi Dni
Pont. Max. sententia per Reuerendum eius Nuncium qui
idipsum negotij magna sane fide et sedulitate sategit,
nobis maiorem inmodum comendata, cum in fine Concilij
promouendo, cum alijs in rebus ad Coem Reip. Christia-
nae utilitatem spectare uisis, egimus et laborauimus, eum
pio plane Zelo et Synceri erga Christianam rem amore
instinctu processisse persuasum V. Pti omnino cupimus:
Idque reipsa ita esse ut Vniuersus etia Orbis Christia-
nus euidentius cognoscat perpetua nra in eiusdem

Reipub. utilitate propaganda constantia plane efficiemus, Cætera ex eiusdem S.tis Suæ Nuncio, q̄ significata ipsi cupimus Rx V. P. plenius intelliget. Cui benevolentiæ nra, qua ipsa summa iampridem prosequimur sedulo in posterum quoq; conservata, omnia p̄ terea felicia à Deo peroptamus.

Ad Cardi.lem Moranu. trarū de Cardinalis Lotharingi in Tridetū reditu scriptarū Recepisse.

Maximilianus &c.

174.

Egregiū f. n. d. Georgium de Meris Ill.mi Archiducis Caroli fris nri charissimi Secretariū superioribus annis perbenigne V. Dil.ni commendavimus, in iuridicanda scilicet Parentis sui cæde, legitima tam Vræ Dil.is quam istius amplissimi Senatus ope adiuvandum. Eius patrem (ut rem Vrā Dil.o exactius etiamnū cognoscat) cum publico itinere, domum forte suam repetiturus, scelleratus quidam Rusticus Petrus Odorici in Goritiensi districtu nefariè interemisset, in Venetum illico territorium profugerat, Quapropter Nos tum eidem Georgio suppliciter à nobis expetenti, hoc apud V. Dil. nra intercessione impetrari, ut reus passim perquiri iuberetur, correptusq; merita poena afficeretur, tum quidem clementer adfuimus: Idq; ita reipsa quoq; P. Georgius haud grauatè consecutus erat, ut scilicet ab amplissimo isto Senatu edicta passim promulgarentur, quibus cura deprehendendi Rei Magistratibus istis passim demādabatur,

Ipse quoq; Georgius eiusq; frater multis itineribus, diu
sane, grauibusq; admodum impensis inuestigatū illum sunt
insecuti. Veruntamen de eo non antea quicq; resciuere,
quàm in huius demum anni mensem Februarium, Quo
tempore fr Georgij cum in Vtinensi agro delitescere eū
comperisset, statim Locumtenentis illic opero, qui ipse
quoq; hoc noīe à Dominio isto mandatum iamantea
acceperat, captiuum Vtinū deduci curauit, ubi etiam
num in carcere detinetur. Etsi igr ex eo tempore eiusdē
Georgij frater natu maximus semel atq; iterū Vene-
tias profectus omni sollicitudine et diligentia institisset,
ut is reus uel legitime puniretur, uel (: qd ipsum mutuo
à nris saepe antehac factum constat.) Sac.ae Cae. Mtis p
nraeq; uicinioris prouinciae Magistratibus puniendus
traderetur, tamen in hunc usq; diem nihil in re plane
effecit: Denuo igitur ad nos supplex confugit pfatus
Georgius, paratiorem ad id quod postulat Illtis. istius
Senatus animū nobis intercedentibus conciliare se posse
cofidens. Quoniam aut illorū hoīum, Georgij pcipue
(: quem ob pclara eius in Principem suum, frem nrm
chariss. studiumq; ueri obsequij et fidei plenū, benigni-
us nonnihil complectimur.) spei de nra benignitate
susceptae, libenter cum res fert respondemus. Cupi-
mus sane uehementer à V. Dil.: istoq; amplissimo
Senatu (: tametsi hoc ipsos pro sua cum in compri-
mendis sceleratorū hoīum nefarijs facinoribus laudata
passim aequitate, tum eadem hac in causa testata
prius, beneuolentia, et aequanimitate sponte et esse facturos

nihil diffidimus.) illis uel nro et noie expeditius minusq; grauate quod iure desiderant, Impertiri, ne tam atrox scilicet latronis illius scelus (quod is non tam sua, quam aliorum quorundam necessariorum suorum suggestione comisit, id quod qstionibus subiectus ipse quoq; fatebitur.) impunitum relinquatur, quin Cæsareis potius et nris in Goriciensi agro, ut in quo id sceleris perpetratum est, Magistratibus poenæ legitimæ submittendus à Vestratib. absq; diuturniori mora reddatur: Quod si aut eidem Vræ Dilm istiq; Senatui, quos tam iustæ pr̄sertim petitioni non facile refragaturos esse etiamnu speramus, omnino secus uisum fuerit, ut oia saltem ea ab Vtinensi Magistratu suscipi, q ad legitimam primum et plenissima facinoris cognitionem indagandam, in consciis pr̄sertim et consultoribus sceleris sedulo examinandis, ac dein una cum his cædis Authorem digne tandem coërcendum Iure exiguntur, serio à Vobis mandetur, ne dictus Georgius eiusq; fres pr̄ter irreparabilem istam iniuriam grauiores adhuc sumptus pr̄fati scelerati ca ferre cogantur. In eo V. Dilmo istud q; Illmo Dominium suu quidem in Iustitia colenda summu studiu egregie comprobabunt, Nobis uero amoris et beneuolentiæ erga se nræ sanctius et porro conseruandæ per opportunam occasione suppeditabunt.

Dat. 8 Nouemb. Anno 63.

Ad Ducem Venetiaru Vt interfectore parentis Georgii de Mere~~[illegible]~~, et cædis Authores, puniat.

Valet

Maximilianus etc.

175 Quoniam Sac.ae Caes.ae M.tis Dnus et pater nr Colendiss. matura prius deliberatione habita, suum de finiendo, quandocunq; id Rmis Pontificijs isthic Legatis placuisset, Concilio consensum Vris Deuotis non antea solum, ipsarum quoq; operam in id impendi iubens, declarauerit, Verum nunc etiam ob accepta interea diuersa quorundam Consilia, firmius complectens. eandem sententiam a V. Deuotis prosequi iterato mandauit, sane gratissimum nobis omnino fecerint, eadem V. Deuotes si hac Caes.ae M.tis mandata secutae, omne suum studium in id contulerint, Vt uel hoc et mense, si possibile sit, Concilio finis prorsus imponatur. Id quod nostrae etiam singularis erga Vras Deuotes beneuolentiae testimonijs, benigne aliquando compensabitur. Datum Possonij die VIII.a Nouembris Anno 563.

Ad Oratores Caesareos, Vt omnem operam impendat, quo hoc mense finis Concilio imponatur.

Tridenti etc.

Maximilianus etc.

176. Intelleximus Clementer quae te ca moueat, quamobrem hoc tempore in Gallias proficisci tibi necesse existimes. Quae causa cum eiusmodi sit, ut, iter illud in rerum fortunarumq; tuarum commoda plurimum cessurum putes: nos uero, q ad illas iuuandas spectant, pro nra in te benignitate libenter amplectamur, equidem licentiam tibi illuc abeundi resq; tuas ibidem pro uoto satagendi, Clementer concedimus. De caetero Clementia te nra foturi. 9 Nouemb. Anno 563.

Ad Galeazo Cusano. ~~Vt omnem operam~~

Regia S. M.tas Licentiam in Gallias proficisci concedit.

177. Maximilianus &c.

Quas his insertas ad te mittimus Rmo in Chro Patri Domino Carolo, Cardinali Borromeo amico nro chariss. illico reddes, ac pterea dices, negocium hoc cordi nobis magnopere esse, expectareq; proinde nos responsum de eo subitum. Quod ut quamprimum etiã eliciatur, omnem abs te diligentiam et operam assiduam impendi Clementer cupimus. Officium in eo gratissimũ nobis pstituro, benigẽ erga te, cum res feret, compensandum. Datum Posonij VIXa Nouembris Anno 63o.

Ad Comitem Prosperũ ab Archo. Vt Cardinali Borromeo in suis insertas, reddat literas.

178 Maximilianus &c. Rmo &c. Etsi non dubitamus quin S. D. quando S. Sti uidebitur, uiros probos, honestos et benemeritos ad dignitatem Cardinalitiam promouere et assumere, suapte sponte non sit pteriturus Rdum Deuotum syncere nobis dilectum Zachariam Epũm Pharen. Stis suæ Nunciũ apud Sac. Cæs. Mtem Dnum et parentem nrum colendiss, eum ob eius ~~in sede~~ in sedem Apostolica pclarissima merita tum etiã ppter studiosissimum comendatione plibatæ Cæs Mtis, quam sæpius pro eodem interposuit, neq; enim possumus nobis persuadere Stem suã

XLVI.

unq̃ eo fore animo ut uelit dictum R.dum Nuncium suum
poenitere tot et tam magnorũ laborũ, curarũ et molestiarũ,
quas pro Sede Apl.ca à ~~pluribus~~ plurimis annis, magna sua
cum laude pertulit, p̃sertim cum non dubitemus, S.tem eius memo
ria tenere promissionem suam factam superiore anno in mens
Augusto Cum Orator Cæs. M.tis Mag.cus f. n. d. Prosper Co
mes Archi iussu M.tis suæ Cæs.æ apud S.tem eius de promo
uendo dicto R.do Nuncio diligentissime et reuerenter egisset,
quod scilicet absoluto Concilio eundem Nuntiũ benignissi
mè esse promotura. Licet igitur firmiter credamus, et quasi
pro re certa habeamus S.tem eius eorũ, q̃ iã dicta sunt me
morem in proxima Cardinalium promotione inter alios hunc
quoq̃ R.dum Nuncium ad dignitatem istam Cardinalitiam eu
cturã esse, non abs re tamen nos facere existimamus, quod
p̃ntibus l.ris nr̃is Pa.ti V. R.mæ exponamus graues quasdam
rationes, ex quibus Pa.tas Vrã R.ma non modo colligere que
at causam cur S.tas Sua Cæsareaq̃ M.tas ac Nos debea
mus promotionem eiusdem R.di Nuncij curæ habere, uerũ
etiam intelligat magni referre, quod sine mora cognoscamus
quæ nam sit in hac re S.tis suæ futura mens atq̃ uo
luntas.

Decem fere anni elapsi sunt ex quo Sac.a Cæs. M.tas
et nos noscimus ipsum R.dum Nunciũ, et excellentes
eius uirtutes, quas plurimi semper fecimus, et quemadmo
dum hanc ob rem antehac ipsum lubenter et sedulo promo
uimus et fouimus, ita nunc quoq̃ cum deuotionis suæ p̃clara
merita erga Sedem Ap.cam et Cæs.am M.tem ac Nos mõ
Vniuersã Rempub. Christianã in maximũ cumulum accreue
rint, multo magis arbitramur eum esse tuendum, fouendũ,

et promouendū in hac p̄sertim Reuo^nis sua Calamitate, quam p̄ter omnē suam culpam patitur, à Magistratu, contra ipsum nihil mali cōmeritum inaudita cum seueritate procedente.

Et hoc eius promouendi studium debet etiā ob hanc causam Nobis eò magis esse cordi, quod Reuo^is S. afflictio uideatur quodāmodo ad nos quoq; pertinere, tum quia diffamatum animaduertimus et cum iniquis reputatum esse uirū, quem nos habemus et reputamus pro uiro syncero, probo, integro, et honesto, tum etiā quia si obijci illi ut probrum merito posset ea opera, quam Nobis ac Vniuersæ Reipub. Christianæ nauauit, rebus nr̄is contra infideles iuuandis, ratiocinari item posse uideretur nos (quod tamen ab instituto et animo nr̄o semper fuit alienissimū) tractasse res indignas et inconuenientes, ac in re turpi ministri Pontificij opera usos ēe.

Adhæc, etiamsi Nos hūmoi beneuolentia qua dictū R^dum Nuncium complectimur ad tuendum eum et promouendum non excitaret, neq; etiā priuatim nr̄a interesset quicq; in hoc negotio suscipere, posteaq; tamen uisum est altissimo nos ad hoc fastigium Romanæ Regiæ Celsitudinis assumere: Ideoq; deceat nos iugiter intentos esse ad conseruādam dignitatem Sedis Apl^cæ et immunitatē Ecc^cā nobis et pro ratione muneris nr̄i Regij incumbere existimamus ut quoniā in dicto ipsius Nuncij negotio apparet nullā fuisse habitam rationē eius, qui referebat p̄sonā S^tis suæ apud supremum Reip. Christianæ Principem, Sed plane constat à Laycis attentatā fuisse et processsū contra honorē personā et bona Ecc^ca Ep̄i, nullo quoq; habito respectu Oecumenici Concilij quod iam tum celebrabatur, S^tem Suā reuerenter cohortaremur, ut debita et conuenientia remedia

huic incomodo adhiberet, saltem ne quis S.ti Suae quae hactenus
irreprehensibilem se gessit posset abijcere, id ab ea esse pretermissum
cum presertim in promptu sit remedium suaue nempe illud ut
S.tas Sua extollendo uirum, preter rationem damnatum et oppri-
sum, adeoque quasi aliud agendo tacite infirmet, labefaciat a
plane ad nihilum redigat, quicquid a saepenominato Laijco Ma-
gistratu aduersus eundem uirum ministrum Suae S.tis plane inno-
centem sine respectu Sedis Aplicae ac diuinarum et humanarum
legum uidetur esse commissum.

Si namque minister Sedis Ap.cae damnatus fuit sine causa de fa-
cto et parte non citata putamus e diuerso aequum et prudentia
et Iustitia S.tis Suae ualde dignum esse, quod S.tas S. ad altiorem
dignitatis gradum efferendo uirum multis nominibus optime me-
ritum, inualidam et nullam reddet eiuscemodi sententiam in
preiudicium Ap.cae Sedis tam euidens latam, ut ita omnibus mani-
festum fiat, nec S.tem eius, ne M.tem Caes.am neque nos hoc
indignos fouere.

Arbitramur et saepedictam promotionem ipsius R.di S.tis Suae
Nuncij ideo magis uideri necessariam. Siquidem non abs re an-
cipites et suspensi haerent hominum animi, cernentes duo
minis diuersa et incompatibilia, quippe unum, quod Summus
Pont. ac Imp.or Romanorum et Nos in rebus S.tam fidem et
uniuersam Christianitatem concernentibus utamur opera
huius Viri, cum testificatione tam benevolentiae, quam optimi
iudicij de eo nri. Alterum quod Magtus reperiatur, qui
non dubitauit, postpositis omnibus rationibus, quae merito
considerandae erant, procedere contra honorem, facultates
illius eiusdem S.tis Suae Nuncij uiri tam benemeriti, nobis
usque adeo dilecti, condemnando eum ad perpetuam carcerem, et offerendo insu-
per praemia illis, qui eum comprehensuri et uiuum eidem Magratui tradituri esse

Concurrunt hic multæ causæ, quarũ q̃libet ad inducendũ S.tam suam in hanc ipsam opinionem et sententiam nr̃am per se sufficeret, nam de eo tantum non tractatur, ut S.tas sua mundo constare faciat S.tem S. posse et solere benigno et grato animo remunerare illos, qui S.ti Suæ fidelem et diligentem operam nauauerunt, sed etiã de eo agitur, ut S.tas eius iamtandem uere testatũ relinquat cõmendationes et intercessiones Cæs.æ M.tis et nr̃as apud S.tem eius alicuius ponderis extitisse, simulq̃ exemplum et documẽtũ p̃beat omnibus, ne quis temere conetur dignitati Sedis Apl.cæ detrahere, eiq̃ diffamando ministros eius, notam aliquã inurere.

Et quoniam probe nouimus si quis aliquando damni quippiam passus est S.tis Suæ cã, id S.tem eius pro sua sum̃a sapientia et iustitia cõmode pleneq̃ sarcire solitã, idq̃ ipsum factum esse nobis constat etiam ergo id genus hominũ quorũ S.ta hæc Sedes eã non tenebat experientiam quam tenet R.di Epi Pharen., qui iam decem ferme annos tanta cum laude San.ti Suæ eiusq̃ S.mis p̃decessoribus inseruiuit, minime dubitamus quin S.tas eius uiri de se optime meriti nr̃æq̃ cõmendationis benignã rationẽ sit habitura.

Nos equidem arbitramur S.ti eius q̃ ad nos pertinent æque ac res suas proprias esse cordi, sicut nos quoq̃ uicissim reipsa testatissimus ea quæ animũ S.tis Suæ nonnihil angere uidebantur non aliter nos afficere, ac si res nr̃a propria ageretur, non inmerito ergo confidimus S.tem eius tam honesto et æquo desiderio ~~nro~~ nunc esse satisfacturam, p̃cipue cum pro tali viro laboremus, quem probè scimus in promouendis et uiuandis cõmodis et

utilitatibus Sedis Apli.cæ nihil unq̃ curæ, diligentiæ ac
studij p̃termisisse, quin à longo tempore eos pertulisse labores
non possint p̃miis nisi amplissimis compensari.

Sed neq̃ illud silentio p̃tereundum putamus existimare Nos
posteaq̃ hic R.dus Epus Pharen. tantam rerum Germani-
rum cognitionē acquisiuerit, ut pia desideria S.tis Suæ in
hisce partibus sumopere possit uiuare, quod facta hac Car-
dinalitiæ dignitatis accessione, mutataq̃ persona Nuncij in
personā Cardi.lis legati S.ti eius et Sedi Ap.cæ longe ma-
ri sit usui futurus, atq̃ apud inclitam nationē Germanicā
authoritate magis sit ualiturus.

Hæc quidem oīa uoluimus Cum Pater. V. R.ma beneuole
conferre summoq̃ studio et amice eā hortari enixeq̃
rogare ne grauetur et cum S. D. N. cōmunicare, oēmq̃
adhibere diligentiā, ut hoc, quod pro ipso R.do Nuncio nū
rogando reuerenter petimus à S.ti eius sine negotio im-
petremus. Quod si ita fiat p̃terquam quod uelimus ipsum
Epum Pharen. id beneficij Pater. V. R.mæ perpetuo acce-
ptum ferre, ac ei debita animi grati officia semper p̃sta-
re, Nobis quidem iucundissimū accidet lr̃is P. V. R.mæ de
mente ac uoluntate S.tis suæ sine mora ita certiores fieri
ut certo nobis constare possit an id à S.to sua simus im-
traturi, Quod tamen non in eū sensum à nobis Pater.tas V.
dictum putet, quod cogitaremus hoc modo S.ti eius quasi
legem p̃scribere uel minus reuerenter cum ea agere, sed
quia cum uehementer cupiamus inire aliquam rationē
consulendi famæ et existimationi huius boni uiri, si hoc
quam nos iudicauimus honestissimā et cōmodissimā, non suc-
cederet, aliam aggrederemur maxime quod hoc tempore

alia Deo uolente rei conficiendæ cōmoditas posset se osten=
dere. Cum igr in huiusmodi negotijs occasiones mini=
me ꝑtereundæ esse uideantur, iterum atq; iterum cupimus
S.tis suæ animū hac in parte cognoscere utcunq; profecto
confidimus resolutionem S.tis suæ habita ratione tam ꝑmissi=
onis iam antea factæ, et Cæs.æ M.tis ac nrā intercessi=
onis, quam meritorū ipsius R.di Nuncij affirmatiuā et deside=
rio nro consentaneam fore.

Porro cum P. V. R.ma norit quanta sit huius calamito=
si sæculi iniquitas, censemus, quòd S.tis sua intercessioni
nrā uti facturum omnino credimus, benigne et paterne
annuente, operæ preciū sit futurū, ut uoluntatem cum qbꝫcū
q̄ hac in re suam dissimulet usq; ad id tempus quo noui
Card.les publicè renunciandi erunt, cum enim tales et tā=
tæ sint qualitates ipsius R.di Epi Pharen. opus minime
esse arbitramur de eo multum agere et consultare cū alijs
R.mis Cardinalibus, et quando S.tas eius hanc suam be=
nignā intentionem celauerit conterraneis ipsius, aufe=
retur eis ansa contra mentē S.tis suæ et desideriū
nrm quicq; machinandi.

Et quo facilius deniq; possit hæc res occultari,
uoluimus de ea cum R.ma V. P. hisce tantū lris
agere, dicto Cæs. M.tis Oratori Comiti
Prospero non aliud mandatū dedimus, quam ut R. P. V.
hasce nras lras reddat et responsū ~~requirat~~ requirat,
Vt igr R. V. P. idem facere et quamprimū nobis

respondere uelit, amice requirimus, factura namq; est m
R. V. P.tas rem nobis gratissimam, mutuisq; Regiae bene
lentiae officijs per oes occasiones pari studio referendam.

Ad Cardinalem Borromeu
pro Delphino, Nuntio Ponti.is
apud Impp. Vt ad id tempus; quo noui Card.les
creabuntur et Sanidictus Delphinum
renunciandu apud Pont.m Ma
curet ~~officiat~~ et sollicitet

Maximilianus &c.

179.

Egregie fn. d. Probe abs te actum est, quod de Seruitore quodam ad Georgij Bebeckh coniugem Secreto misso, l.ris tuis 21 Octobris Scriptis, nos admones: Itaq; tuam hac in re fidem et diligentiam perbenigne comprobamus. Et tametsi nobis quidem uerisimile minime uidetur, quod idem Seruitor, Bebekhi noie agendum in mandatis se habuisse nuntiauit, quando quidem ab oratore Caes.ae M.tis a quo merito de re tanti momenti admoneri debebamus, ad nos delatum nihil penitus sit, consultum tamen, et operae pretium arbitrati sumus, Vt res non omnino negligeretur, sed in euentum Consilia mature caperetur. Quapropter hoc noie apud Sac. Caes. M.tem Dnum et patrem nrum colendiss.um (nostro quoq; super his comunicato consilio) statim egimus, quae proin Constantinopolim Oratori plene scribi, et mandari subito iussit, quae ad negotiu sunt uisa necessaria.

Caeterum de soluendo Militibus istis stipendio, quod scribis, Nos etiam ita apud eandem suam Caes.am M.tem curabimus ut et ipsorum Militum inopiae, et subsidio nostraru Prouinciaru comodius conseruando, breui consulatur. Et

cum his propensa in te benignitate nra libenter te porrò etiam fouebimus. Datum Posonij 9 Nouemb. Anno &c. 63°.

Beatissime Pater et D.D. Dnus Pergratae Mihi fuerunt lrae, quas Vrae Sti manu propria proximè ad me dare placuit. Nam ut probari ea Sti Vrae

Maximilianus &c.

1800 Opinionem tuam, quam de ordine à Dicatoribus in dicis Regni Hungariae exigendis obseruando succinctè nobis scripto significasti, Sac. Rom. Caes. Mti Dno et Genitori nro colentissimo Nos Posonio iam iam discessuri retulimus: à qua eadem etiam opinio aeque ac à Nobis clementer est comprobata. Quapropter tu ad eum ipsum modum negotium id totum pro nra tua de dexteritate et sedulitate fide suscipies, conficiendum curabis. In eo nrae et Sac. Caes. Mtis uoluntati pariturus et utriusque in te benignitatem auctiorem porro demeriturus. In Velsperg 12 Nouembris. 63

Ad Sigismudum Tordam. Ut de ordine à Dicatoribus in dicis Regni Hungariae exigendis obseruando conficiendum curet.

1810 Etsi nobilem f. n. d. Baptistam Comitem de Thiennis Sti Vrae iamantea semel atque iterum commendauimus: Fratri tamen eius Caietano in Generosi ac Magci nri

ac Sac. Rom. Imperij fid. d. Georgij Comitis ab Helffen
nri ad Vram Stem Oratoris comitatu isthac proficiscenti
atq; hac occasione dicti Baptistae negotiū comendationū
nostrarum fiducia apud Vram Stem pnti satacturo, deesse
non potuimus, quin denuo his etiam lris comendatum V.
utrinq; frem cuperemus; Quod ipsum tanto studiosius nunc
à V. Sto expetimus, quo maiori, qui has feret Caietanū be-
nignitate ob eximias eius uirtutes militares maxime, quas
comunem Vniuersalis Christianitatis hostem Turcarū princip
strenuè dimicando pclara de se ~~pbuit~~ pbuit testimonia,
complectimur et prosequimur: Quapropter si nra causa,
ipsum à V. Sto diligi et in his, q fris sui noie petet, be-
nigne annui impetrauerimus, nos sane inter paterni V. S.
erga nos amoris et beneuolentiae signa id conumeratū, filia-
lis nrae obseruantiae studio, cum res feret, sedulo compensa-
bimus. Veldsperg 13 Nouemb. Anno 63°.

Ad Sumum Pontificē. Commendatitiae.
pro Baptista, et Caietano Comitibus de
Thiennis:

182 Accepi ex Sac. Caes Mtis Vrae lris 12 Nouembris ad me
Scriptis, illarumq; exemplo, quas ad ipsam Albertus de Wiss eui-
dem Vrae Mtis apud Turcharū Imppm Orator dedit, quam
leste et grauiter, non Hally solum Bassae, caeteriq; Bassae
Siri, sed ipse quoq; Turcharum princeps tulerint, non integrū
sed frustatim allatum esse ipsis munus honorium, Inprimis
aut Hallym uehementer conqueri uti ~~ut~~ authorem Inducia-
rum nouissime initarum, interim tamen non obscure declarare oem
difficultatem eo maxime excuti posse, dum in parata dicti mu-
ris honorarij solutione nihil deficiat, Quandoquidem igr In

na huius muneratione totum dictarum Inductarum absoluendarum negotium plane consistat adeoq; necesse omnino sit aut dictum honorarium quam ocyssime solui, aut pace neglecta, belli exitiosissimi periculum expectari, sane eadem Sac. Cæs. V. Mtas facile animaduertit utrum ex his incomodis potius sit deligendum: Et quanq; probe sciam quam angusta sit hoc tempore V. Mtis res pecuniaria; syncero tamen et filiali prorsus animo ipse consuluerim, ut quæcunq; demum quantumuis difficillima ratio susciperetur, qua dicta summa tota corradi et conquiri possit euitando tam summæ V. Mtis existimationis et authoritatis uilipendio, quam extremo et periculo, quod ex reintegrato bello comi Christianæ tranquillitati metuendum est maximè uerò cum dictus Albertus impetrata grauaminum propositorum correctione, denuo Vræ Mtis noie pacturus, plenamq; dicti honorarij solutione stato tempore faciendam sit polliciturus.

Accedit ad hoc, quod Bassæ Budensi nuper demortuo alius haud dubie suffectus Budam propediem sit ablegandus, atq; adeo iam dicto negotio nondum plene confecto Mtis V. confinia grauiori sint (mea quidem opinione) eo maiori discrimini exponendi. Quæ nunc qdem V. Mti pro debita ei obedientia breuissime declarata volui, De cæterq; Datum Prostinz 16 Nouem Anno 63°.

Ad Sac. Cæs. Mtem

Ad parata + turcharum + muneris honorarij solutione.

183. Litto ad Sac. Cæs. V. Mtem his insertas Zaij Forgach et Fighidi ad me scriptas lras, ut quid in ijs quæ scribunt facta necesse sit eadem V. Mtas comode deliberet, sententiamq; desuper suam ipsis significet.

Et quia propter tam longinquam meam absentiam, mea quidem opinione, necessarium omnino sit, et hos et alios in confinij

pfectos militiae admoneri, ut q̄cunq; porro dum redeam incide negotia, recta ad V. Mtem deferant perscribantq;, atq; eiusdem V. Mtis Resolutionem desuper expectent Sac. Vra Mtas significan id ipsis probè curabit, ne quid ex tam remota lrarum missitione in eiusmodi rerum momento negligatur.

Opportunū insuper erit, oēs illas lrās, q̄ ex dictis confinijs mihi inscriptae in V. Mtis aulam afferentur ab eadem V. Mte reserari et super ijs q̄ opus erunt illico decerni.

Id quod V. Mti pro filiali meo obsequio significandū omnino duxi. Datum Prosnizio XVI Nouemb. Anno. 63°

Ad Caesarem. Vt oēs illas lrās q̄ Reg. S. Mti ~~infe~~ ex cōfinijs + Hungaricis + inscriptae fuerint ne quid ex tam remota trāp missitione negligatur Caes. S. Mti reserat. Et ad illas respondeat.

~~Accepi scriptis, illarumq; exemplo ex Sac. Caes. Vra Mtis lris Vndecima Nouemb. ad me scriptis, illarumq; exemplo quas ad ipsam Albertus de Niss eiusdem V. Mtis apud Turcharum Principem Orator dedit~~

Maximilianus &c.

1840

Ex ijs q̄ Nobilis et Magcus fn. d. Leonhardus Püchler à Weittenekh p Sac. Caes. Mtis ab Arcanis consilijs ad Nos scripsit, Clementer comperimus, q̄ te dubietas tenuerit cum in appenso transactionis inter nos initae literis sigillo nro desideratum Regium Vngariae titulum animaduertis. Huius aut rei causa ea ipsa fuit, quam dictum Püchlerū innuisse tibi intelligimus, quod scilicet ob breue illud temporis interuallū, quod à Coronatione nra Vngarica tum intercesserat, quam in Sigillo mutatione fieri oportuit, confecta nondum esset. Quapropter nos eas lrās denuo conscribi et expediri pro uoto tuo, quampri

mū sigillum illud parabitur mandabimus.
Cæterum ut obligatoriæ et 400000 ducatorū lrā absolutæ nobis maturius reddantur, Venerabili Wardiniæ Epo curā te demandasse, quod ex eodem Püchlero accepimus id certe bene gratum abs te nobis accidit. Quod ut reipsa porro sentias solitæ erga te nrā benignitatis declaratione perlibenter efficiemus. Datum Olomitij 19 Nouembris. Anno 63.

Ad Gabrielem Perenni. ~~Regia S. Mtis lrās intercessa~~

Quod lrās transactionis inter Regiam S. Mtem et se initæ, quamprimū sigillū cum Vngarico titulo paribitur denuo expedire mandatum sit, Vtque Sua Mti obligatoriæ 400000 ducatorū lrā maturius reddantur.

Maximilianus &c.

Iam constanter in ea te opera et sedulitate, quam ad nos singula, quæ quidem scitu nobis digna isthic occurrebant, perscribendo hucusque nobis maximam nauisti, etiamnū pergere iucundum nobis abs te cumprimis accidit, atque eo te noīe singulari et fauore prosequimur. Quæ igr in tui apud nos comendatione Rmus in Chro Pr Cardinalis Augustanus Princeps et amicus nr charissimus per Secretariū suum nuper exponi nobis uoluit, tametsi ea perlibenter de te intelleximus, ad Conciliandam tamē nostram in te benignitatem minus erant necessaria, iam antea præsertim in te adeousque propensam, ut nec ipsius S. D. Pont. Max. nec aliorū quorunque apud Nos intercessione uel comendatione ulla indigeas. Tu igr de priori saltem tua in nos obseruantia et studio nihil remitte, et in nram Clementiā spem tuam tuto repone. Datum Olumitij 26 Nouemb. Anno 63.

1650

Ad Galeatium Casanū. Se, absque aliorū comendatione satis comendatū R. S. Mti esse.

Maximilianus. 2d.

786. Mag.ce f. n. d. Etsi Sac. Cæs. Mtis Dni et gen-
toris nri colentissimi mandato, de bonis Nobilis Petri
literati de Riuulo Dominarũ, q̃ ab eadem Cæs.a Mtis
confiscata, Egregio f. n. d. Petro Farkas de Cibino uni-
uersa collata sunt, tua in potestate detineri constat,
eidem Farkas reddendis et consignandis iàmpridem tibi
imposito, sponte te pariturũ idem Farkas omnino spera-
quia tñ ea abs te maturius ut impetraret, ad nram
quoq; opem supplex modò confugit: Nos etiam Clemen-
ter maioremq; in modum te cohortamur, ut tàm pro de-
bita tua dictæ Cæs. Mtis fide et obsequio, quàm nræ
etiam huius admonitionis intuitu, pfatæ Cæs. Mtis co-
missioni parere, ac sæpedicto Farkas penès te detentam
Literati substantiam reddere reddendamue curare cum
primum uelis, pstiturus in eo cum Sac. Cæs. Mtis con-
decentem obedientiã, tùm nobis etiam tuo in Nos studio
dignũ officium, benignitate erga te nra agnoscendum.
Datum 21 Nouembris Olumitij Anno p 63.

Ad Melchiorem Balassa Vt ipsi Farkas, detentam Petri Literati sub-
stantiam reddat.

~~Surschrifft, das er des Petri Literati~~
~~confiscierte gueter dem Farkas einantwort~~.

787. Maximilianus 2d.

Etsi lecturus eas, quarum conferendarũ ius ad arti-

in Viennensi Archigymnasio Facultatem ex priuilegio spectat
Solis artium Magistris demandari et concedi iamantea decre-
uimus: Singularis tamen eruditio morumq; probitas Egregij
f. n. d. Andreæ Dadij I. V. D. duodecimumq; iam antea annu
philosophiam eodem in Gymnasio non sine laude professi,
ut eum ad eiusmodi Lecturarum porro aliquam etiam denuo
admitti, è re atq; utilitate sua plurimu fore ipsa etiam
artium facultas (quemadmodum nobis refertur) haud infi-
cietur, efficit ut nos quidem Lecturam illi unam iamantea
promissam, quam petit, à Consistorio dicti Gymnasij, citra
priuilegiorum eidem Facultati concessoru fraudem, conferri
posse benigne annuamus.

Quapropter hortatum te Clementer uolumus ut apud Deca-
num et Facultatem artiu pfatam sedulo cures, pdictum
uidelicet Andream ad priorem phiæ functionem, huius nri
singularis concessionis uigore, libere recipi et confirmari.
Exequeris in hoc benignam nram uoluntatem. Datæ Olu-
mitij 22 Nouembris. anno p 63.

Ad Georgium Gienger.

Ut Andreæ Dadio aliquam philo-
sophiæ Viennæ lecturam concedat.

Maximilianus &c.

188. Supplex ad nos detulit Egregius Bernhardus Vecchie-
ti, latam esse contra se superiori Martio, in Florentina
Rota sententiam qua ipse, suaq; tota ~~fab~~ familia sumè ag-
grauetur: ac propterea ut eruendæ facilius æquitatis causa
dicta sententia denuo reuideatur, ac diiudicanda suscipia-
tur, magnopere se desiderare, Quod etsi ab eadem Vra Dil.
pro sua singulari erga ipsam fide et obsequio, impetrare

se posse minime diffidit; nra tamen intercessione opitulari sibi humiliter petijt. Eum igr non iniqua p̄sertim petentem, ac prom Vrae Dilnis sponte etiam complectendum, nro etiam noie maiorem in modum esse comendatum, eidem V. Dilnis peramanter cupimus; Vt is Vrae Scilicet Dilnis auctoritate, apud dictam Rotam interposita, quod Jure postulat, minus grauate consequatur. In eo Vra Dilnis et sua aequanimitate dignum, et nobis quoq; eiusmodi amicitiae officium p̄stiterit, quod mutui nri amoris et beneuolentiae testificatione posthac libenter simus recolitur. Quam Vram Dilnm nicolumem Deus esse semper uelit. Olumitij. 22 Nouembris. Anno 63.°

Ad Ducem Florentiae. Maximilianus. 2d.

Vt Bernhardi Vecchietti negotium, apud Rotam Florentinam suscepti, comendatum habeat

1890 Quoniam eam esse probitatem uirtutesq; Egregij et docti f. n. d. Petri Illicini V. J. Doctoris quorundam nobis sermone comprobatur, ut non nra solum, qua illum sponte complectimur singulariter dignum duxerimus, uerum V. quoq; Dilnis in cuius patrocinio singularem rerum fortunarumq; suarum conseruandarum spem posuit, comendatum cum primis desideremus, Magnum certe Vra Dilnis ~~eded~~ eden amoris erga nos sui testimonium, si nostro noie tum ipsum tum fres eius benignius fouendos porro susceperit, et in omnibus ijs, q e re ipsorum erunt paterne iuuerit. Id quod ab eadem V. Dilnis magnopere nunc expetimus, nra in ipsam beneuolentiae et amicitiae officijs libenter cum occasio feret, compensaturi. Olumitij 22 Nouemb. Anno 63

Ad Ducem Florentiae.

Comendatitia p Petro Illicino Doctori.

Maximilianus etc.

190. Conqruntur apud Nos Nobiles f. n. d. de Adurnis à Senatu Casali V. Dil.is ditioni subiecto graues indies molestias et incomoda sibi facessi, quibus arcendis V. Dil.nis opem nra intercessione conciliari supplices orant. Cum aut eos ob singulare erga nos studium et obsequium ab ipsis declaratum, securos tutesq; agere passim cupiamus, eorundem pcibus tum honestis psertim refragari non potuimus, Quapropter si Vra Dil.tio ipsos nro intuitu comendatiores sibi porro esse patietur, et in propellendis maxime euismodi iniurijs patrocinio suo Clementius fouerit, sane homines sibi cumprimis fidos, deuinciri, et nro etiam uere fraterno erga se amori augendo occasionem pclaram pbebit, Quam V. Dil.ni Deus ppetuo saluam conseruet. Olumitij. 22 Nouembris, Anno 63.

Ad Ducem Mantuae.

Comendatiae pro ~~D. de Conitibus~~ D. — de Adurnis à Senatu Casali

1910

Max. 2.

Ex historico tuo de planetarū mutationib. et Ecclipsibus opere, quod una cum lris ad nos tuis allatum est, operam tuam non minus assidua laboresq; pro Repub. cōi indefessos, quam pclaras illas ingenij tui dotes abunde perspeximus, Quapropter id tum quoq; benigne plane abs te suscepimus, et ut publicae et utilitatis causa typis excudatur, omissa tamen appendice illa, quam ipse quoq; supprimendam haud inconsulto, existimas, libenter ferimus. Caeterum de genitura et nra iudicij tui parti alterae absoluendae operam te impendere non minus nobis gratum e;

Quapropter hanc abs te maturari ac ad nos unà cum priori parte, quòd eius copiam hoc tempore ad manus non habeamus, quamprimum transmitti Clementer abs te petimus, In eo et industriā tuam ingenuā et obsequij erga nos tui egregiam testificationem magis ac magis apud nos comprobabis, Clementia erga te nra in rebus fortunisq; tuis fouendis, libenter aliqn. compensandam. Olumitij 22 Nouembr. Anno 63.

Ad Cyprianū Leguitium.

Operis Historici de planetarū mutationibus et Eclipsibus scripti Recepisse. Vtq; Genituram Cæs. Mtis primæ occasione transmittat.

Max. 28.

XLVII. 192

Optato nobis allata sunt, q Vestræ Deuotiones una cum lris suis 9a Nouembris datis de Concilio ad Sac. Cæs. Mtem scripta ad Nos quoq; misere; quæ proinde benigne à Vobis accepta libenter legimus. Cæterum cum longius nos hoc tempore à Sac. Cæs. Mte Dno et Genitore nro Clementiss. abesse oporteat, atq; adeo quæ ad ipsam ab ijsdem V. Deuot.bus mittentur communicari difficilius possint gratum nobis cumprimis fuerit, q cunq; porro et minutissima de Concilij rebus ~~rebus~~ scribenda isthic succurrent, nobis quoq; sigillatim perscribi. Qua in re V. Deu.es priorem nram erga Vos Benignitatem maiorem in modum adaugebunt. Olumitij 22 Nouembris. Anno 63.

Ad Cæsareos Oratores in Concilio. Suarū de Concilij rebus scriptarū lrarū Recepisse.

Nos Maximilianus &c. Egregio fideli nobis dilecto
Petro Romano Corbino Equiti aurato gram nram Regiam
1930 et omne bonum. Optimo sane consilio, prudentissimaq
ratione à maioribus nros Romanorum Imperatoribus ac Reg.
institutum fuit, ut qui virtute aliqua, aut egregijs erga
Principes suos meritis essent pditi, variis honoribus et ac
titulis condecorarentur. Sciebant enim illi non alijs artibus
Regna et Respub. rectius ali et conseruari posse, quam si in
ijs praemia et honores bonis ac potentibus viris constituerentur,
quibus non solum ipsi, verum etiam posteri ad virtutem
et verum decus excitarentur, sane nos maiorum nros
vestigia per omnes aetatis gradus sequuti, dignum semper
munificentia ac libertate nra fore arbitrati sumus, eos nos
in quibus summa virtus probitas ac industria inessent,
quique pclaro erga nos et Sacrum Imperium cultu atq; ob-
seruantia excellerent omni benignitate, ac gra nra pro
sequi ac complecti, ut reliquos etiam ad eadem studia
et ad bene de nobis ex Sacro Imperio alliceremus.
Hinc est Petre Romane Corbine, quod attendentes eximias
animi ingeniq; tui dotes, probitatem integritatem, fortitudinem,
ac rerum militarum bellicarum maxime peritiam, quae in te pro
borum virorum pdicatione nobis comendantur, quarumq; egre
gia et complura, ut idem nobis referunt, de te passim pbri
sti testimonia, domi forisq; fortem et strenuum te militem
declarando, in illa potissimum expeditione, quam contra Gallos
novissima habuit Serenissimus Hispanor Rex Catholicus frater
et consanguineus nr charissimus, ex qua multa etiam vulnera mili
taris constantiae signa te retulisse significas: Considerantes

insuper fidelia illa et egregia obsequia quae nobis quoq; et Sac.° Ro
imperio oblata occasione p̄standa perq̄ humiliter defers, et nos
nos de te planè pollicemur: In auratae te militiae Equitem
eo ipso die, quo Regium Vngariae Diadema suscepimus, te solem
niter creauerimus, atq; ut antiquae tuae nobilitati, à qua genus
tuum deducere nobis comprobas, equestri hac dignitate accedens
perpetuum etiam posteris tuis nr̄ae in te benignitatis superesset
testimonium, pristina familiae tuae insignia liberali locupletatio
ne nunc exornauerimus. Ea igitur gentis tuae insignia quae
erant scutum, quod galeam continet apertam tornearam
cui insistit Coruus niger expansis alis ad uolatum accinctus:
Impositi scuto galea itidem aperta et tornearia, dependentib
utrinq; à dextra quidem rubris et albis, à sinistra uero ni
gris et flauis lacinijs siue phaleris; Vt posthac sint huiusmo
di scutum s3 deorsum in duas aequas partes diuisum, quar
in anteriori flaui siue aurei coloris iam dicta Gallea (q̄ coop
ta tamen sit Corona aurea.) eiq; insistens Coruus appareat; alte
rius uero partis superficiem q̄ Coerulei sit coloris, occupet
porta flaua, cui tres turres, q̄ sua habeant singulae pinna
cula, supereminent: Scuto imposita sit galeo, ut prior
aperta s3 et tornearia, sed aurea tamen, cum corona itidem
aurea. E cona exurgat mediotenus Vir barbatus et armat
qui extensa in altum manu dextra ensem strictum capulote
nus deauratum teneat: sinistra in costam innixa: Caput
uero obtectum habeat Galea militari, quae una cum reliqua
Viri armatura per se sit alba, certis tamen interuallis in
aurata. Ei galeae sint infixae pennae strutionis quatuor,
una s3 coerulea, flauae duae, postrema alba (quemadm

hæc oīa in medio huiusce Regij nr̄i deplomatis pictoris manus ingeniosius depinxit.) Dedimus concessimus et donauimus, et elargiti sumus, prout tenore p̄ntium damus, concedimus et elargimur, antedicta authoritate nr̄a expsse statuentes et decernentes, quod tu Petre tuiq; liberi hæredes et descendentes, legitimi utriusq; sexus in oēm posteritatē iam descripta armorū insignia ex hoc tempore deinceps in perpetuum in omnibus et singulis honestis ac decentibus actibus, exercitijs, et expeditionibus, tam serio, quam ioco, in hastilibus ludis, seu hastatorum dimicationibus pedestribus uel equestribus, in bellis, duellis, singularibus certaminibus, et quibuscunq; pugnis, eminus, cominus, in scutis, uexillis, tentorijs, sepulchris, sigillis, monumentis, annulis, ædificijs, suppelectilibus, tam in rebus spiritualibus quam temporalibus et mixtis in locis omnibus, prout nobis libitum fuerit, aut necessitas Vr̄a postulauerit, habere, gestare, et deferre possitis et ualeatis. Te p̄terea motu proprio aut̄he et potestate p̄ dictis militem et equitem auratū à Nobis creatum, adhuc creamus, constituimus, et tenore p̄ntium gratiose insigniuus, Decernentes authoritate Romana Regia et edicto firmissimo statuentes, ut de cætero ubiq; locorum et terrarū ijsdem priuilegijs, authoritatibus et p̄rogauitiuis, quibus cæteri Equites aurati per Nos hactenus facti et creati utuntur, fruuntur, et gaudent, uti frui, et gaudere possis et ualeas quomodolibet consuetudine uel de Jure. Quapropter omnibus et singulis Ecclesiasticis et sæcularibus Electoribus, principibus, Archiep̄is, Ep̄is Ducibus et Marchionibus, Comitibus, Baronibus

militibus, nobilimus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, aduocatis, Pfectis, procuratoribus, officialibus, Quaestoribus, Ciuium Magistris, Judicibus, Consulibus, Regum heraldis et caduceatoribus, et denique omnibus nris et Sacri Rom. Imperij, aliorumq regnorū et Dominiorū nrorū subditis et fidelibus dilectis, cuiuscunq status, gradus, ordinis, conditionis et Peminentiae fuerint, seu quacunq Pfulgeant dignitate, firmiter mandamus et Pcipimus, ut te Pfatum Petrum Romanū Corbinū tuosq liberos, nepotes, haeredes ac posteros ex te ligitimo connubio prognatos, ac in perpetuū descensuros, Pscriptis à nobis locupletatis armorum insignibus: Te uero singulariter Equestris insuper dignitatis priuilegijs, immunitatibus, iuribus tibi hoc nro Regio Diplomate concessis, libere, pacifice et sine molestia aut impedimento, uti, frui, potiri, gaudere sinant, denique id ab alijs etiam fieri curent, quatenus grauissimam indignationem nram, et ~~mult~~ mulctam quinquaginta Marcharū auri puri Fisco nro Regio, et parti laesae ex aequo, omni spe ueniae sublata, soluen. euitare uoluerint, quam poenā his, qui hoc diploma et rescriptum nrum obseruare neglexerint aut spreuerint, quotiescunq scilicet illud uiolarint, rogandam decernimus et statuimus. In cuius rei ampliorē fidem atq testimonium hisce lris nris manu nra propria subscriptis sigillum nrm Regium appendi uoluimus. Datum etcae Olumitij die 22 Nouembris Anno 63°.

Petri Romani Corbini ~~Priuilegium d Ritterschafft und Cassen~~ ~~seines Adenlichen der Wappen~~

Suorū Armorū Insigniū locupletatio. Equestrisq Insuper dignitatis attitio.

Maximilianus &c.

XLVIII. 194 Rdi in Chrio Patres amici nri charissimi. Quoniam Sac. Cæs. Mtas Dnus et pater nr Clementiss. et obseruandiss. maturam prius deliberationē et consultatione habita suam de finiendo, quandocunq; id Reuerendiss.is in Chro patribus S. D. Pont. Max.i Tridentum Legatis uideretur Concilio consensum R. V. Pa.bus non solum iamantea ipsarum quoq; operum in id impendi iubens declarasset, uerum nunc etiam ob accepta interim diuersa quorundam consilia sententiæ suæ firmius inhærens idipsum prosequi iterato inuinxerit, sane Gratissimū mandato nobis oino Rpa V. Ptes si dicto Cæs. Mtis mandato sequutæ omne suum studium in id contulerint, ut uel hac etiā mense si possi~~bis~~le sit, Concilio finis imponatur. Id quod nostræ etiam singularis beneuolentiæ erga R. V. P. officijs, cum res feret, abundè compensabitur. Datum Olumutij die 22. Nouemb. Anno 63.

Ad Oratores Cæsareos Tridenti.

Ut omn operā impendant, quo hoc mense finis Concilio imponatur.

~~Max. &c.~~

XLIX. Post Scripta. Redditæ sunt etiam nobis Vestrarum Deuotionū 12a huius mensis Scriptæ ad nos træ, quibus eam ipsam Diligentiā et Studium, q à Vris Deuotionibus hactenus comperti sumus Pstaturiq; nobis pocra

hisce expetimus fideliter p̄stita Clementer agnoscimus, ex
pectaturi etiam deinceps ab ijsdem V. Deuoti.bus desiderato
q̄ significaturus se nobis esse pollicentur. Datum ut in l.
Olomutij 22 Nouemb. Anno 63.

Ad Caesareos Oratores.
in Concilio.
Recepisse.

Maximilianus &c.

195 Conq̄runtur apud nos Nobiles, f. n. d. de Adurius,
à Senatu Casali, Vr̄a Dil.is ditioni subiecto, graues indies
molestias, et incomoda sibi facessi, quibus arcendis Vr̄a Dil.
opem, nostra intercessione conciliari supplices orat. Cum
autem eos ob singulare ipsorum erga nos studium et obse-
quium declaratum, securos tutosq̄ agere passim cupiamus
eorundem p̄cibus, tam honestis p̄sertim, refragari non potue-
mus. Quapropter si Vr̄a Dilectio ipsos nostro intuitu
